



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

am urbis in manu populi esse, inermis curiam num ausit negare, quod armata promiserit? vellet, nollet Senatus, perinde

Hinc populus concitatur. rationes reddi debere. † Auxit communitatis furorem inverfa fides. Mox ad illam à Saxonibus † literæ veniunt: audi-

Saxonum litteræ ad communitatem. visse Duces, populum, & Senatum Erfurtensem licet civili dissidere, rogare se cives, ne superioribus obsequiamur, quia detrectarent, concordiam salvam Remp. fore, ceterum

Obtentis literis facile collegerunt cives, aliquos de Senatu Principes invocasse,

Communitatis Responsum. ast illi per extorsionem armorum hoc periculum jam prævenerant. Responsum † Ducibus; non sibi cum Senatu, sed paucis, qui

variarum expilarint, rem esse, nec aliud exigere, quam ut iustitiam edant, quorum bona administrant: æqua hæc postulata omni jure probari, de cetero Duces pro cura, & amore, quo vicinam urbem prosequuntur, gratias haberent.

X.

Populus Erfurtensis ad Moguntinam recurrit. Post hæc † electi cum tribunis opificum de majori potestate sibi prospiciendum esse, plebi proponunt, nec ad alium recurri posse vel debere, quam ad Dominum suum, ArchiEpiscopum Electorem, & Sedem Moguntinam, hanc esse

Erfordiam matrem, à qua in adversis consilium & opem semper acceperit, augere annales fiduciam, quod pro concutiente Senatu contra plebem nunquam steterit, cives autem adversus injurias & dominatum Curiam perpetuò defenderit. Mittendos ergo propediem Moguntiam, qui

rei

rei seriem Dominus exponant, nuncient etiam pericula: Senatū cum Saxonibus colludere, vellet Elector cives suos contra paucorum rapinas tueri. Priusquam mitteretur nuncius, consilia senatus rescit.

† cumq; Domini sui iussu ad rationes ad-

gendum se timeret, omnibus modis communitati legationem dissuasit: nec fortius argumentum, quam à potente in animis vulgi libertate occurrebat: ne communitas Moguntinum invocaret, quod sine libertatis suæ præsentissima jactura facere non possit. Caro illam stetisse majoribus, privilegia sanguine & pecuniis empta, num ista prostituere vellet, quæ non nisi semel amittuntur? & quorsum remota consilia, viciniâ se ad opem offerente? Adesse Saxones ad auxilia non minus promptos, quam ex protectorio fœdere ad urbis tutelam obstrictos, hos arbitros invocaret, dissidia ex æquo composituros. Surda ad hæc † communitas in proposito perstitit: fœdus protectorium iniquitates Senatus non concernere, Saxones suorum commodorum, quam urbis observantiores, testari illud præfecturam Kaplendorff, quam nuper rimè (nescire communitatem quo jure, vel injuriâ) ad se pertraxerint. Ut autem † certiores utrimque adversarii essent, singuli Senatores interrogati ab electis, an cum Senatu vel civibus sentirent. Idem per circulos Urbis factum est. Multi è curia partibus communitatis accesserunt, aliis vel imperio, vel sanguine senatoribus junctis ab ea deficientibus. Sicque discreti hostes, nec medium in civili motu relictum, sed

Senatus ab hoc consilio retrahere populum studet.

Sed incassum.

Discreti sūt factiosi.

*Quatuorvi-
ri se partiū
plebis simu-
lant.*

*Iterum Sa-
xones invo-
cantur.*

*Saxonū ad
cōmunita-
tem literæ.*

*Communita-
ti suspectæ*

qui vitam & bona pro communitate non offerebat, hostis judicabatur. † Quatuor viros atrocior metus pressit, peculiariter constitutos, ut commoda plebis observarent, illi autem duplici delicto cum Senatu facultates Urbis prodegerant, & civitatis damna supprefferant. Igitur ut plebem lenirent, se pro communitate, cujus beneficio Curiam tenerent, publice declarant: sed verba, non fidem timor expresserat. Recepti à plebe, cum tantum æs alienum communitati non manifestârint interrogantur, illi concussionem prætendunt, & metum Senatûs. Crescente cum mora periculo, Saxones iterum malèconscii invocant, illi frequentibus ad communitatem literis, ut Senatui obediat, hortantur. † Æs alienum tanti non esse, ut propterea politiam divellant, opem se collaturos, & consilia ad levamen, si que petant, centum aureorum millia, quibus creditores magis importunos sedarent, mutuò daturus. † Omnia communitati suspecta, quæ à Saxonibus veniebant: syncerū non esse consilium, quod non emendat, sed mutæ malū. Non mutuare sine usuris Saxones, nec fidem nudam sequi, sed pagos & arces in pignora velle, inter quæ, & mercem potentiores non distinguant.

XI.

Rursus electi cum opificum magistris desideria communitatis urfuri Curiam accedunt, congregata fuerant quinque se-